

- A** postposita: nunc quidē deo & patri illum attribuit, nunc rursus filio. Infert deinde Pauli verba, quibus æque filij esse spūs, sicuti & patris probatur. Nulla em̄ differentia est, filij spm̄, vel patris dici, omnem em̄ in hoc differentiā Paulus postponit. At patris dicitur spūs tanquā ex eo procedens. Ergo eodē modo filij quoq; dicitur spūs. Præterea in superioribus satis disseruimus, quomodo dicitur spūs filij secundū doctores, secundū em̄ Basilium tanq; per filiū manifestatus: secundū Maximū tanq; ex filio procedens: secundū patres Occidentales tanq; ex filio procedens. Nec igitur Cyrillus alia ratione dixisset, spm̄ filij esse & filij propriū, q̄ alij idem cū eo sapientes doctores dixerunt, tanquā ex filio scilicet, siue per filium procedentē. Nil em̄ interest ex filio, vel p̄ filiū dicere. Etenim ipse quoq; nunc ponit, ex, nunc eā mutat in, per, tanq; ambæ veræ dici possunt. Vnde in eis, quæ ad Palladiū in forma dialogi scribit. Mutabilis vero minime (inquit) est spūs. Nā si mutabilitati subiaceret, ipsi diuinæ naturæ iste defectus ascriberet. Siquidē dei & patris, necnō & filij est: qui essentialiter ex vtroq; scilicet ex patre p̄ filiū profluit spūs. Itē in quinto ad Hermiā, reddēs causam, cur spūs filij dicat spūs. Cuius, nam (inquit) propriū dicimus esse spm̄ sanctū. Vtrū solius dei & patris? An etiā filij? An & diuinctim vtriusq; & simul amboꝝ, tanq; vnū ex patre p̄ filiū propter identitatē essentia: Propriū itaq; filij ipse dicitur spiritū dicit, quia p̄ filiū est. Per filium autē est propter identitatē essentia: patris, videlicet, & filij. At propter eandē etiā patris sunt filij, p̄ter q̄, q̄ non sit pater. Ita sibi ip̄ per omnia cōsona dicit sanctus hic doctor. Vnū etenim, & eundem spiritū ex patre p̄ filium esse vna & eadem inspiratione siue processione, & ideo illum eorū propriū (ait) esse, quia ex patre per filium est. hoc autē propter identitatē essentia: Vt autem clarius omnis eorū arguatur calumnia, qui contra sanā doctoris sententiā autumant eum ex filio dixisse, dona spūs mitti, non ipsam eius hypostasim siue personā, ipse rursus adit, hanc falsam eorū arguens opinionē, & seipsum exponēs, quid nā sit, quod ait, per filium siue ex filio profluere, prodire, emanare, scaturire: & simpliciter q̄ in sanctificationē in hunc mundū ab eo mittitur. Ait etenim in septimo ad Hermiā. Inhabitātem em̄ sibi & inritū, quis haberet eū, qui natura & vere deus est (de filio dicēs) cum spm̄ accipiat, qui nō alienus & essentia diuinctus ab eo est, sed q̄ ex eo, & in eo, & eius proprius est, & æque atq; ille, dñs est. Et post pauca: Misit autē nobis eccelo paraclētū, p̄ quē, & in quo nobiscū est, & in nobis inhabitat non alienum in nobis affluens, sed qui essentia: suæ & patris sui proprius est spūs. Quod autem hæc de substantia spūs, nō charismatibus, nō subsistentibus ait, oibus patet. Idē rursus in eodē. Qui vero nobis diuinā inculpāt imaginē, & similitudinē cuiusdā figilli supremā nobis pulchritudinē imponit: nōne spūs est? Ita inquit Hermias: Non tñ vt deus, verū vt diuinæ græ minister. Et Cyrillus: Nō igit ipse spūs nobis, sed eius p̄ eū grā nobis im-
- B** primit, Hermiæ. Ita videtur, Cyrillus. Ergo necessariū esset imaginē gratiæ, nō dei vocatum fuisse hominē. Post hæc consequenter p̄ oia probās, q̄ hypostasis siue persona spūs, ipse scilicet vnus in trinitate, deus erat, qui diuinā nobis in prima hōis plasmatione impressit imaginē, nō grā, nō subsistēs: secundā itē plasmatis reparationē, per salutarem discipulis insufflationē factā, per eundē spm̄ sanctū factā fuisse ponit. Dicebat etenim: Quo, anteaq; esset, modo factus fuerit homo: per sanctū videlicet spm̄ hypostaticū deum, eodē rursus deperdita sanctificationē eū reparari. Si em̄ (inquit) grā spūs ab eius substantia diuincta esset, cur beatus quidem Moyses, hoie ad esse productio, non dixerat: sufflauit creator oim̄ grām p̄ spm̄ vitæ: Christus vero nobis, accipite grām p̄ mysterium spūs: Sed illic quidē dictum est, spūs vitæ (vita etenim veræ diuinitatis natura est) hic verop̄ saluatorem spūs sanctus ip̄m proculdubio spm̄ creditū animabus emittentem. Hæc aperta sunt rei propositæ testimonia. A pertius tñ in sequentibus dirimit illā opinionē, qua quidā putant, nō subsistentē nobis grām mitti, & per eam nos sanctificari. Ait etenim: Tempora vero dei, necnō dñ, & vocamur, & sumus. Qua de causa quæras ab aduersarijs: si grā participamus nuda & nō subsistētē? At nō ita se veritas habet. Tempora nāq; existētis, & subsistētis spūs sumus. Sed ex eis quidē, q̄ ad Hermiā scribit, cū multa sunt, quæ, q̄ volet, illic sibi eligeret, hæc sola sufficiāt, cū aperte probet illud, q̄d nobis propositū erat. Ex plurimis autē, q̄ in expositione super Iohāne idē doctor elegantiū me dixit: illud nos adducemus solū, q̄ super illa authoritate dicit, q̄ non ex sanguinibus, &c. Ait em̄: Si deus ex deo secundā naturā est spūs, quo & per fidē in Chro participamus,

Cyrillus,

Idem.

Idem.

Idem.

forte abs, ministerium

Idem.
1. Cor. 3, d
& c. d
Psal. 116.

Iohan. 1, b